

M. E. 2) Missae. MIHT. 2

Vd.: *Campanula in missa etc.*

Tintinnabulum tangitur (in missa priv. Episcopi) ter, dum elevatur s. Hostia, et toties, dum elevatur ss. Sanguis et non ultra. *Caer. Ep. 1. l. c. XXIX. n. 6.*

Ad dub.: Utrum feria V. et VI. hebdomadae majoris ad elevationem SSmi Sacramenti, ut mens fidelium ad pietatem excitetur loco campanulae uti possit instrumento ligneo vulgo crotulo, de quo praeter Benedictum XIV. libro de festis mentionem faciunt auctores?

S. C. resp.: Servandam consuetudinem et fieri posse.

Die 7. Septembris 1850.

(Correspond. de Rome die 24. Martii 1851 num. 59. pag. 223.)

TITULARIS.

1) Abbatiae.

Nec in Ecclesiis suppositis Parochiae aut Regularibus nec in Ecclesiis suppositis Abbatiae posse fieri officium de Titulari Abbatiae n. 755. die 12. Julii 1628.

Decretum editum contra abusus circa officia Sanctorum loquens de Ecclesiis paroch. et regul., intelligatur etiam idem disponere de Abbatialibus. N. 769 die 28. Augusti 1628.

(Vd.: *Titularis Eccles. paroch.* (oblig. ad off.))

2) Capellarum publicarum.

Vd.: *Credo in festis Titular. etc.; Capella domest.; Patronus Capellae; Suffragia* (decr. n. 5221); *Oratorium; Titul. Oratorii.*

Ad dub.: 1. Utrum Parochus debeat facere Octavam de s. Titulari alicujus capellae, in qua et nunc celebratur Missae Sacrificium?

2. Utrum Professores necnon Seminaristae in majoribus constituti Ordinibus tenentur ad octavam Patroni Eccl. Seminarii, quae omnibus patet fidelibus vel potius retinere Patronum Civitatis, in qua seminarium sit?

3. Eccl. Seminarii Ruremundensis, quae quamvis parochialis non sit, tamen omnibus patet fidelibus, quaeque titularem Patronum habet s. Carolum Borromaeum petitur num festum hujus Sancti 4. Nov. die, per modum festi patronalis sub ritu dupl. I. Cl. cum Oct. a Praeside, Professoribus atque Alumnis Seminarium inhabitantibus celebrari possit ac valeat et inter suffragia ad Vesperas et Laudes de eodem s. Carolo, ut in Breviario, commemoratio fieri debeat.

S. eadem C. rescribendum censuit

Ad 1: „Negative juxta rubricas.“

Ad 2: „Teneri ad Octavam Titularis Eccl. adnexae.“

Ad 3: „Jam provisum in secundo dubio. Fieri autem debere commemorationem in Suffragiis ad tramites rubricae.“

Atque ita rescribere rata est. N. 5079 ad 2. 3. 5. Die 27. Febr. 1847.

Ad dub.: An festum Titularis capellarum publicarum et oratoriorum, quae existunt in Aedibus episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus, domibus Regularium domibusque privatis celebrari debeat sub ritu dup. I. Clas. cum Credo et Octava?

Nam Oratoria publica vocantur etiam Ecclesiae.

S. C. resp.: „Negative.“ N. 4669 ad 34 die 12. Novembris 1831.

Ad dub.: Juxta decretum in una Marsorum diei 12. Nov. 1831 ad dub. 34. Festum Titularis Capellarum publicarum, quae existunt in Aedibus episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus,

celebrari non debet ritu dup. I. cl. cum Octava. Et juxta decretum in unica Vicariatus Ruremundensis in Hollandia diei 27. Febr. 1847 ad dub. 3. Professores et Seminaristae in majoribus constituti Ordinibus tenentur ad Octavam Ecclesiae Seminarii, quae, quamvis non sit parochialis, tamen patet omnibus fidelibus. (Vd. p. 432.) Quaeritur quid intelligendum sit per Ecclesiam et Capellam publicam?

S. eadem C. rescribendum censuit:

„Ecclesia intelligitur, quae eo potissimum fine aedificatur, ut publico fidelis populi usui deserviat. Capella publica vero, quae licet ingressum habeat in publica via, attamen non tam fidelis populi libero usui destinata videtur, quam alicujus familiae vel Collegii commoditati.“

Atque ita rescripsit. N. 5215. ad 3. Die 22. Julii 1855.

Ecclesia Collegiata s. Petri de Crescente Dioecesis Tudens. habet quatuor alias Ecclesias sibi subjectas et totidem Sacerdotes, unum ab alio independentem servitio harum quatuor Ecclesiarum. Sed isti Sacerdotes in suis respective Ecclesiis dumtaxat pro commoditate populi concurrentis Missam celebrant, Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta administrant, concionem habent, catechismum explicant et alia ecclesiastica munia explent. Verum nequeunt administrare Sacramentum Baptismi, Communionem paschalem, Viaticum infirmis, Sepulturam defunctis dare, neque habent Tabernaculum SSmi Sacramenti. Unde fideles his quatuor sacerdotibus subjecti tenentur adire Ecclesiam Collegiatam, ut in Pascha satisfaciant praecepto annuae Communionis, ut infantes baptizentur et infirmi s. reficiantur Viatico, ut fiat Officium sepulturae et tumulentur defuncti. Quaeritur ergo

an ii quatuor Sacerdotes sint veri Parochi? Et an istae Ecclesiae possint celebrare officium cum Missa de suo respective s. Titulari tamquam Ecclesiae parochiales et quidem sub ritu I. cl. et cum Octava, vel potius dicendae sint capellae publicae, in quibus juxta decretum S. R. C. diei 12. Nov. 1831: „Festum Titularis non debet celebrari sub ritu I. cl. cum Octava neque cum Credo?“

S. C. resp.: Negative ad utrumque et servetur decretum die 12. Novembris 1831. N. 5050. ad 4. die 23. Maii 1846. Vd. pag. 432.

Aliquae sodalitates Patronum habent s. Thomam, s. Luciam ac s. Josephum Sponsum B. V. M.; quaeritur: An quando praedicta festa occurrunt in dominicis privil. Adv. et Quadrag., attento concursu sodalium aliorumque devotorum, possit cantari Missa de Patrono? Et quatenus affirmative: an dicenda sit in Missa commem. dom. et octavae occurrentis cum ult. Evang. in fine Missae?

S. C. resp.: In publicis Oratoriis cantari potest Missa de Titulari occurrente in dominicis Adv. et Quadrag. privil., non autem in illis exceptis, et in Missa dicenda est commemoratio dominicae et diei octavae tantum occurrentis, cum Evang. ejusd. dominicae in fine. Die 8. Apr. 1808 ad 8. *In Compostell.*

Ad dub. I: In his regionibus nonnullae capellae Monialium has habent conditiones simul conjunctas: agitatur tantum de capella praecipua domus religiosae. Non est consecrata, sed tantum benedicta. Congregatio Monialium utpote dioecesana haud habet a sancta Sede apostolica approbationem, Moniales non dicunt Officium canonicum, sed tantum in dicta sua capella recitant Officium parvum Beatae Mariae

Virginis. Ibi asservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum. Presbyter illic ab Episcopo adscriptus est tamquam Capellanus Monialium. Ibidem Capellanus quotidie celebrat Missam privatam et de sero diebus dominicis et festivis dat Benedictionem cum SSmo Sacramento. Audit confessiones Monialium et etiam aliorum. In diebus convenientibus conciones habet. Capella patet omnibus fidelibus. De caetero tamen nunquam aut nonnisi ter vel quater in anno ibidem cantatur Missa aut celebrantur Vesperae. Quaeritur ergo: talis Capella his omnibus circumstantiis simul conjunctis habenda sit ut Ecclesia, adeo ut ejus titulum sit vere Titularis in sensu rubricarum, cujus officium a Capellano recitari debeat sub ritu duplicis primae classis cum Octava, vel potius dicenda sit tantum capella publica aut oratorium ubi juxta decretum diei 12. Novembris 1831 in Marsorum ad 34 festum Titularis sub tali ritu non debet celebrari?

II. Saltem in capellis, ubi, aliis circumstantiis expositis, iisdem remanentibus Vesperae celebrantur singulis dominicis et diebus festivis, Capellanus debetne recitare officium de Titulari sub ritu primae classis? Debetne etiam si tempore horum officiorum aditus capellae non pateret omnibus fidelibus?

S. C. resp. ad I.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam; nam capellae in dubio expressae habendae semper sunt seu oratoria.

ad II.: Negative in omnibus.

Die 12. Augusti 1854.

(Anal. J. P. 1857 pag. 2189.)

Aversana.

Franciscus de Turre sibi a S. Ri-

tuum Congregatione facultatem tribui postulavit solemniter missam celebrandi die festo sancti titularis capellae sui beneficii sitae in parochiali Ecclesia s. Joannis Baptistae loci Savignani, necnon anniversarium ejusdem capellae fundatoris. Et S. Congregatio respondere mandavit de licentia tantum et cum assensu Parochi posse hujusmodi oratorem peragere. Die 24. Maii 1659.

(Anal. J. P. 1863 pag. 356.)

Vd. *Titul. Oratorii.*

3) Cathedralis.

a) Obligatio ad Officium.

De Titularibus Cathedr. tantum posse recitari officium sub ritu dupl. in tota civitate et *cum octava in Cathedrali tantum.* N. 772 ad 2. die 28. Octobris 1628.

Vd. infra decr. n. 4176.

Ad dub.: An teneantur Capituli Civitatis Materae recitare officium de *Octava Visitat. B. V. M. Titularis Metropolis*, ut magis dignae in persona, cujus festivitas occurrit infra Octavam ss. ap. Petri et Pauli et s. Joann. Bapt. an vero praedictorum SSrum titularium eorum Ecclesiae cum comm. B. V. M.?

S. C. resp.: Doceant, qua auctoritate officium titularis celebratur cum Octava extra Ecclesiam Metrop. contra dispositionem decreti de die 28. Octobris 1638. N. 3067 die 23. Sept. 1684.

Moniales locorum Ordinariis subiectae tenentur recitare de Titulari Cathedralis, non vero de Octava, nisi id specialiter ipsis indultum sit ex vi concessionis apost. vel propriae constitutionis ab ap. sede approbatae. N. 4162 die 22. Augusti 1744; 20. Novembris 1683.

Sicut anniversar. Dedicacionis Ca-

thedr. Lausan. licet ab haereticis pol-lutae, ita illius titolare festum peragendum est per Dioecesim. n. 3853 ad 1. die 8. Apr. 1713.

Ad dub.: Debetne fieri in tota Dioecesi officium cum octava Titularis Cathedr. aut Patroni? S. C. resp.: Affirmative n. 4119 ad 8. die 2. Sept. 1741.

De Titulari Ecclesiae Cathedr. tenentur Regulares et Moniales Officium facere, sed in *die tantum et non per octavam*; n. 2302 ad 4. die 22. Novb. 1644; n. 3040 ad 6. 20 Mart. 1683.

Universa Dioecesis tenetur ad celebrandum sub ritu 1 cl. *cum octava* de transfiguratione domini, quia est Ecclesiae Cathedralis et civitatis Pernambucen. Titularis. n. 4176 ad 1. die 4. Sept. 1745.

Festum Conceptionis B. V. M., quae est titulus Ecclesiae Cathedr. Bossonen., celebrari debet sub ritu dupl. 1. cl. *tam in civitate quam in Dioecesi ab utroque Clero.* n. 4360 ad 5. die 22. Aug. 1722.

Ecclesia Cathedr. Gracoviens. ab antiquo erat sub titulo s. Wenceslai m., nunc manet sub titulo s. Stanislai e. m., cujus festum maxima cum celebritate et populi concursu veneratur sub ritu dupl. 1 cl. etiam a Regularibus; officium vero s. Wenceslai sub ritu dupl. 1. cl. in Cathedr. dicitur sine celebritate ad populum. Quaeritur: an Regularibus sufficiat recitare officium s. Stanislai sub ritu dupl. 1 cl. uti patroni principalis et Titularis Cathedr. et officia facere s. Wenceslai sub ritu dupl. min. ut Patroni minus principalis? S. C. resp.: *Affirmative* n. 4361 ad 2. die 27. Mart. 1773.

Quum Regulares integrae Dioecesis civitatis plebis dubitent num in vim decreti S. R. C. die 11. Aug. 1691, quo indicitur officium cum lectionibus propriis S. Gervasii et Protasii Mart.

Titularium Cath. civitatis Plebis fieri debere de praecepto in civitate et Dioecesi ab utroque Clero, adigantur etiam ad instituendam octavam eorumdem Sanctorum, ac proinde s. ipsam R. C. humillime rogarint opportunam dubii declarationem, Emus et Rmus Dom. Card. Carolus Maria Pedicini Ep. Portuen. s. Rufinae et Centumcellarum, S. R. E. Vice-Cancellarius et s. eidem C. Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a SSmo D. N. Gregorio XVI. P. M. tributarum, scribi mandavit: „juxta alias Decreta Regulares in casu non teneri ad Octavam.“ n. 4917. Die 22. Maji 1841.

Quod in Constitutionibus gener. Ord. Min. observ. s. Francisci pro reformatione editis 1543 c. 3. n. 10 statuitur: De Sanctis particular. Episcopatum celebretur officium sed sine octava, intelligitur solum de Sanctis I. cl. nempe de principali Patrono loci vel Titulo Cathedr. Die 10. Julii 1687. *Ord. Min. Obs. s. Franc.*

b) Quis ex duobus celebrandus?

Vd.: *Titularis Eccles.* (quis ex duob. etc.)

In Apostolicis Literis in forma brevis expeditis die 17. Julii 1817 pro nova Episcopalis Sedis Derthonen. erectione Cath. Ecclesia enunciat sub tit. B. M. V. in Coelum assumptae, licet in perantiqua et solemniori illius consecratione dicata fuerit in hon. S. Mart. Laurentii principis civitatis Patroni; hinc exorta quaestio est circa alterutrum praelationem Tituli, ritus varietatem vel paritatem; dubitantibus nonnullis quisnam ex duobus illis esset retinendus, quis relinquendus: et an potius utrique servandi, licet diversis temporibus et diversa ratione dictae Ecclesiae assignati? Ut autem omnis desuper exorta quaestio e medio tollatur, Sacerdos Antonius Maria Remotti Parochus et Derthonen.

Calendarii director supplex adiit S. R. C. rogans resolutionem sequentium dubiorum:

1. An novus titulus sit retinendus, relicto primo?

2. An relicto secundo retinendus sit primus?

3. An potius ambo retinendi sint?

4. An ambobus retentis gaudeant pari ritu, solemnitate et juxta Caeremoniale Ep. gaudeant nota pontificali?

Et S. R. C. respondendum censuit, ut infra, videlicet,

Ad 1. et 2: „Provisum in 3.“

Ad 3. „Affirmative.“

Ad 4. „Affirmative in omnibus.“

Atque ita respondit n. 4587 die 20. Apr. 1822.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM.

Etsi Ecclesiis, vel solemniter ab Episcopo consecratis, servata forma Pontificalis Rom., vel minori celebritate dumtaxat benedictis, unus detur in actu Consecrationis vel Benedictionis sanctus Titularis; aliquae non ita infrequenter a pluribus Sanctis dominantur, vel quia plures dati in die Dedicationis, vel quia illi, cujus nomine erecta est Ecclesia, alter temporis successu additus, quo fit, ut plures eodem honore iisdemque privilegiis decorati reputentur. Sed revera non ita est. Quippe non omnibus eadem aequae competunt privilegia, quae Titularibus tribuuntur. Hisce fruatur Sanctus ille, sub cujus titulo Ecclesia dedicata est, et nequit iisdem spoliari, nisi destruat vel non accidentaliter, (ut saepenumero accidit in barbarorum et hostilibus incursionibus), sed perpetuo, loci sacri qualitate amissa, in profanum usum convertatur. Non ita est de aliis, qui accedunt. Hos namque ut plurimum pietas populorum vel ob aliud quod insigne prodigium vel ob aliam

causam specialibus veneratur obsequiis in necessitatibus tam publicis, quam privatis invocat, eorundem festa solemniter extrinseco apparatu celebrat, totque argumentis cultusque significationibus distinguit, ut veri antiqui tituli fere sit aut videatur oblitterata memoria. Hi tamen vere Titulares non sunt, licet ex accessione novam Ecclesiae tribuant denominationem; nec propterea jus habent ad eas praerogativas, quae veris competunt Titularibus, et vix iis privilegiis gaudere possunt (dummodo caetera concurrant), quae Patronis secundi ordinis competunt. Quod si indelebili titulo, quo in dedicatione Ecclesia fuit nuncupata, aut per Literas in forma brevis aut per rescriptum et huic pari modo praerogativae conveniunt, quae primo illi: et quum aequalis sit gradus, unum dumtaxat ponit in praelatione discrimen, major videlicet dignitas prae minori. Videri possunt de re liturgica Scriptores ac praesertim Gavantus *ad Rubr. Breviar. sect. 3 cap. 12. orum 6.*, ejus commentator Meratus *sect. 8. cap. 5. num. 4.*, *Cavaleri tom. 1. cap. 2. decretum 5.*, *Guyetus cap. 4. quaest. 3.* Et quamquam non omnes simul conveniant quoad aequalitatem ritus, quo singulorum recollenda memoria est; his tamen facile componi posse videtur, adhibita distinctione inter titulum additum apostolica auctoritate et titulum seu potius novam denominationem privatae populi pietate inductam. Omnis autem controversia cessat in casu, de quo in dubio. Certum quippe est sub titulo s. Laurentii Levitae et Martyris Ecclesiam Cath. Derthonen. dedicatam fuisse, certum item est in Apostolicis Literis novae ejusdem erectionis in Cathedrali, B. M. V. in coelum assumptae, nova denominatione insuper addita, fuisse decoratum. Novus itaque titulus apostolica auctoritate accessit

antiquo, qui ut datus in prima erectione alterius accessione nec perit nec praerogativam ullam amittit, si excipias, quod cedere debet majori dignitati: quam ob rem et in occursum cum Octava et in suffragiis danda est praelatio Octavae et Commemorationi de B. M. V., Quum ergo uterque titulus sit retinendus et aequae principalis sit, utriusque pariter idem competit ritus eademque solemnitas: et quoniam de titularibus Ecclesiae Cath. res est, utriusque dies festus nota pontificali notandus est, illis videlicet adnumerandus, qui recensentur in Caerem. Ep. lib. 2. cap. 1. num. 2. ibi: *Dies Nativitatis Domini etc., s. Titularis Ecclesiae et Patroni civitatis.* In iis namque Episcopus, nisi sit legitime impeditus, pro diversitate Festorum vel omnino debet pontificaliter celebrare vel decet, ut celebret.

4) Confraternitatis.

Vd.: *Patronus Confratern.*

5) In Dedicatione Ecclesiae.

Vd.: *Titularis Eccles.* (quis ex duob., decr. n. 4499 nota).

6) Differentia inter Titul. et Patronum.

Vd.: *Titularis Eccl.* (quis ex duob., decr. n. 4779 nota); *Titularis et Patronus* (differentia.)

7) Ecclesiae.

a) B. V. M.

In Titularibus ecclesiis sub invocatione Angelorum (apud Minores s. Francisci) non de dedicatione, prout in festo Portiunculae, sed de s. Mariae Ecclesiae titulari, prout in festo s. Mariae ad Nives, faciendum est officium et ll. 2. n. sumendae sunt ex 2. n. Nativitatis ejusdem, mutato verbo *Natali* in verb. *Festivitate*. S. R. C. 10. Junii 1690.

Ad dub.: An titularis Ecclesiarum dedicatarum sub titulo s. Mariae Angelorum, id est B. V. ut Dominae et Reginae Angelorum, non sit Assumptio ejusdem B. V.?

S. C. resp.: Celebrandum festum s. Mariae Angelorum in die Assumptionis cum octava ejusdem. Die 14. Maii 1707. ad 2. *In Parisien.*

Ad dub.: An in Ecclesiis sub titulo s. Mariae Angelorum fieri debeat die 2. Aug. officium cum missa de B. V. M., prout haecenus servatum fuit, vel potius festum s. Mariae Angelorum sit celebrandum die Assumpt. ejusdem?

S. C. resp.: Servari solitum nempe in casu proposito die 2. Aug. faciendum esse officium cum missa de B. V. M. Titulari Ecclesiae, prout in festo ad Nives praeter ll. 2. n., quae sumendae sunt ex 2. n. Nativit. B. V., mutato verbo *Natali* in verbum *Festivitate* juxta decr. 10. Jun. 1690 editum. Die 7. Septbr. 1748. *In Ord. Capucc. Ital.*

b) Benedictae ecclesiae.

Ad dub.: An in Ecclesia Ord. benedicta sub titulo ss. Concept. B. V. M. et s. Paschalis, etiam officium s. Paschalis titularis recitari debeat sub ritu dupl. I. cl. cum octava?

S. C. resp.: Affirmative. Die 23. Febr. 1839 ad 2. *In una Ord. Min.*

Vd.: *Ecclesia bened.*; *Titul. Capellae*, (decr. diei 12. Aug. 1854); *pag. 440 decr. diei 10. Junii 1710*

c) Dirutae Ecclesiae.

Capuana.

Quum Parochus s. Angeli Audoaldis in civitate Capuana S. R. C. sequentia dubia exposuerit pro opportuna solutione, nimirum:

Dub. I.: An diruta et solo aequata Ecclesia parochiali et translato beneficio curato ad aliam Ecclesiam

non curatam in districtu parochiali existentem, ubi administrantur Sacramenta Parochianis, Plebanus Titularis Beneficii curati cum Populo teneatur adhuc ad celebrandum sub ritu dupl. I. Cl. cum Octava Festum s. Titularis Ecclesiae dirutae et destructae tamquam in Ecclesia propria? Et quatenus negative;

Dub. II.: Quonam sub ritu dictum Festum Titularis celebrare tenetur?

S. eadem C. in ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunata ad relationem subscripti Secretarii post accuratum omnium examen respondendum censuit

Ad 1: „Negative juxta rescriptum in una Ferolivien. die 29. Martii 1852.“

Ad 2. „Eodem ritu, quo hoc Festum gaudet in Calendario dioecetano.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. N. 5214. Die 21. Julii 1855.

d) Dubius.

Ecclesia olim collegiata sub nomine B. M. Virginis in civitate N... fuit aedificata; videtur tamen illam non fuisse consecratam, quia aedes nunquam absolutae fuerunt. Ex omnibus monumentis credere est, festum annunciationis pro praecipuo et titulari fuisse habitum. Post perturbationem autem Galliarum parochialis facta fuit supradicta Ecclesia et festi annunciationis celebritate in oblivionem abeunte festum Assumptionis pro patronali coepit solemnizari. Tandem episcopatu N... creato a Pio VII. haec Ecclesia in cathedralem fuit erecta sub titulo Beatae Mariae Virginis. Primus episcopus possessione sedis suae in festo nativitalis B. M. an 1823 accepta decrevit hoc festum nativitalis jam pro titulari deinceps celebrandum nulla tamen peculiaris sibi super hoc a romano pontifice datae potestatis facta mentione. Nunc quaeritur. 1.: Utrum sustineatur edictum primi epis-

copi N... nativitatem B. M. pro festo titulari assignantis? 2. Utrum festum annunciationis, prout antiquis temporibus, pro titulari hujus Ecclesiae sit habendum? 3. Utrum qualitas titularis festo assumptionis conveniat? 4. Quatenus non liceret moderno episcopo titulum annunciationis nunc restituere, utrum id ei permittatur post absolutionem aedificii de novo susceptam in consecratione Ecclesiae?

Resp.: Ecclesiam, de qua in casu, aedificatam fuisse sub nomine B. M. V. et sub praecipuo ejusdem annunciationis titulo nuncupatam monumenta civitatis N... testantur. Ea est autem hujusmodi titulum indoles ac natura, ut cessare non possint, nisi Ecclesia ipsa destruat ac loci sacri qualitatem amittat.

Atque adeo patronus titularis Ecclesiae alicui semel assignatus ei inhaerens est, ut sacra haec Congregatio in Brugen. die 11. Martii 1843, probante SSmo Dno Gregorio Papa XII, episcopo licet ex rationabili causa sine apostolico indulto illam in alium immutare non licere rescripsit.

Neque objici potest primaevum titulum annunciationis in oblivionem abiisse eique substitutum fuisse titulum patronalem assumptionis. Accidit profecto hoc aliquando apud populos, ut vel ob aliquod insigne prodigium vel ob speciales aliquas tam publicas quam privatas rerum temporumve circumstantias eorum pietas erga B. V. sub aliquo speciali titulo aut erga aliquem sanctum feratur eorumque festa solemniori extrinseco apparatu celebret, iisque argumentis et significationibus distinguat, ut veri antiqui tituli aut fere sit aut videatur oblitterata memoria. Hi tamen, licet accidentaliter et ad tempus novam Ecclesiae mutent denominationem, vere titulares nec sunt nec vocari jure possunt. Verum quidem est Ecclesiam

e) Electio.

Vd.: *Beati* (decr. n. 4101); *Patronus* (electio.)

f) Extra Octavam cadens.

Vd.: *Festa extra octavas cadentia*; *Titul. Eccles.* (transl. cum octava.)

g) Festum celebrandum.

In Notatis ad Missale frat. Minor. declaravit S. C.: In Ecclesiis, ubi titulus est Ecclesiae vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari duae missae, una de die post tertiam, alia de festo post Nonam excepta Dom. I. Adv. et Quadrag., Fer. 4. cinerum, Dom. Palmar. cum tota hebdom. majori, Dom. resurrectionis, Pentecostes cum duobus sequ. diebus, die Nativit. Dom., Epiphaniae, Ascens. Dom. et Festo Corp. Chr., aut saltem commemor. de festo fieri. In fine vero praedictarum missarum legitur Evang. s. Joannis et non aliud feriae vel festi occurrentis, si de eo non debeat celebrari Officium illa die. Si hoc festum accidit in quatuor temporibus Pentecostes, ambae (missae) quidem post Nonam, sed illa prius de die, quae cum officio concordat, postea de festo. N. 2364 ad 1 et 2 die 13. Febr. 1666. Non potest fieri officium de sancto, eo quod in loco sit ejus nomine Ecclesia, nisi in proprio titulo Ecclesiae. n. 2364 ad 2 die 13. Febr. 1666. (Vd.: *Titularis*, missa sol.; decr. n. 3814.)

Ex Monachis s. Pauli ob aeris intemperiem habitantibus in aestate, tamquam in Hospitio, in aedibus s. Callixti, quotidie aliqui pergunt ad s. Paulum divini Officii persolvendi gratia in illa sacra Basilica: alii vero, qui Romae remanent, persolvunt nihilominus horas canonicas in Ecclesia S. Callixti, omnes autem tam ex s. Paulo reduces quam qui Romae remanserant, recitant simul Vesperas in

illam, episcopatu N... creato a Pio VII, in cathedralem fuisse erectam sub titulo B. M. Virginis fuisse festum annunciationis? Atque hinc satis intelligi non potest, quomodo primus N... Episcopus indixerit propria auctoritate festum nativitalis pro titulari celebrandum in posterum fore, in memoriam, ut videtur, acceptae eo die in episcopali sua sede possessionis. Dixi *propria auctoritate*, tum quia nusquam meminit, ut habetur ex dubio, apostolicae facultatis; tum quia licet incerto fuisset, silentibus publicis monumentis, dies certa festivitatis, sub qua eadem Ecclesia nuncupata fuisset ex generali invocatione B. M. V., juxta decretum s. hujus Congregationis sub die 2. Maji 1654, celebrandum fuisset de ejusdem B. M. V. Assumptione quod factum non fuit. Quatenus igitur probari possit, annunciationem B. V. M. revera fuisse primum Ecclesiae titulum, is jure quodam suo et ut dicitur postliminio in casu, de quo est sermo, restituendus videtur. Neque objici in contrarium potest quaedam quasipraescriptio favore festi Nativitalis ob intervallum temporis, quod ab anno 1823 huc usque intercessit, quia in hujusmodi rebus nullam dari unquam posse praescriptionem plura hujus S. C. decreta testantur.

Quibus positis respondendum esse puto ad 1., 3., 4. partem: provisum in 2. Ad secundam partem: affirmative, dummodo constet annunciationem B. M. V. fuisse titulum primaevum.

S. C. resp. ad 1., 3., 4. partem: Provisum in secunda. Ad secundam partem: Affirmative, dummodo constet annunciationem B. M. Virginis fuisse titulum primaevum. Die 12. Sept. 1857.

(Anal. J. P. 1858 p. 340.)

eadem s. Callixti Ecclesia. Ideo S. R. C. humiliter hodiernus Abbas s. Callixti urbis supplicavit declarari infrascriptum dubium, videlicet:

An in festo s. Callixti die 14. Octobris, (quo tempore Monachi adhuc sunt in Hospitio s. Callixti) sit faciendum officium ejusdem s. Callixti sub ritu duplici primae Classis cum octava tamquam titularis Ecclesiae?

Et s. eadem R. C. ad relationem Emi et Rmi Dom. Card. Colledredi rescripsit: „Affirmative in Ecclesia titulari ejusdem sancti, qua pro Hospitio Patres Cassinenses utuntur.“

Et ita declaravit n. 3452. Die 5. Octobris 1697.

Ad dub.: An Capellani s. Joan. Bapt. intra fines parochiae s. Angeli a Macerata possint et valeant in dicta Ecclesia celebrare festivitates nedum sancti titularis dictae Ecclesiae verum etiam aliarum ss. Titularium in cappellis et altaribus ejusdem Ecclesiae, aliorumque SS. infra annum independentem a paroco et absque illius interventu? S. C. resp.: Licere dumtaxat in festivitatibus solemnioribus ipsius Ecclesiae tantum. n. 3721 ad 4. die 9. Maii 1705.

Ad dub. Capucinatorum Bononiae: an de titulari, de inventione scilicet s. Crucis 3. Mali, seu potius de dedicatione Ecclesiae occurrente eadem die celebrandum sit officium? S. C. resp.: esse celebrandum officium Invent. s. crucis cum integris vesperis juxta rubr. 11. Brev. de occurr. fest. n. 2. n. 3795 ad 1 die 26. Novbr. 1708.

Ad dub.: An debeat fieri officium primae classis cum octava patronorum seu titularium Ecclesiarum particularium, quales sunt v. g. Ecclesiae Religiosorum, etiamsi ab Episcopis nondum fuerint consecratae, ut non raro accidit in pluribus Dioecesibus, in quibus plures Ecclesiae nondum fuerunt consecratae, licet a multo tem-

pore ac etiam a saeculis fuerint extractae et in eis divina Mystera celebrentur et illae a tempore, quo fuerunt fabricatae, habeant pro patrono seu titulari aliquem sanctum?

Et s. eadem R. C. ad relationem Emi et Rmi D. Card. s. Clementis respondendum censuit sub die 10. Junii 1710:

„Affirmative, juxta votum D. Abbatis Chiapponi.“

Ad dub.: 1. An stante allegata consuetudine celebrandi Festa Titularium Ecclesiarum Dioecesis Januensis teneatur populus sub praecepto ad eorundem celebrationem?

2. An in casu, quo dicta consuetudo praecesserit Constitutionem Urbani, adhuc sit licitum dictos dies festos non celebrare?

3. An, quando non constat, consuetudinem praedictam praecessisse constitutionem Urbani, adhuc populus teneatur servare sub praecepto dictos dies festos?

Et s. eadem R. C. audito prius voto d. Abbatis Gambarucci S. D. N. Papae caeremoniarum magistri, rescribendum censuit

Ad 1. „Negative.“

Ad 2. „Affirmative.“

Ad 3. „Negative.“

Et ita declaravit ac servari mandavit. 3924. Die 11. Martii 1719.

Celebrari non potest per totam civitatem vel dioecesim etiam de cujuscunque ordinarii auctoritate festum cum officio, eo quod in loco adsit Ecclesia paroch. vel regul. vel abbat. aut aliqua reliquia, sed tantum in Ecclesia ipsius s. Titularis, seu ubi asservatur corpus aut insignis reliquia, et non alibi. S. R. C. 8. April 1628.

Vd.: *Titul. Eccles.* (Quis ex duobus etc.)

Officium s. Fulgentii Ruspensis Episcopi Confessoris jam a saeculo decimoquarto in his partibus die VIII.

Octobris agebatur et tempore praesenti in hac ipsa die celebratur in quadam Ecclesia dioecesis sub ejus titulo dicata: incertum est tamen, licet probabile, an consuetudo diem VIII. Octobris ut propriam hujusce Sancti Titularis a saeculo decimo quarto sine interruptione perseveraverit. Ex altera autem parte nomen s. Fulgentii in martyrologio romano calendis Januarii recensetur. Quaeritur ergo utrum in Ecclesia sancti Fulgentii ratione antiqui usus, probabiliter ab antiquo tempore perseverantis, retineri debeat praesens praxis celebrandi festum titularis die VIII. Octobris, vel potius juxta regulas communes hoc festum reponendum sit in primam diem non impeditam post diem primam Januarii?

S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Die 12. Aug. 1854.

(Anal. I. P. 1857 p. 2191).

h) Filialis Ecclesiae.

Vd.: *Dedicat. Eccles.* (Off. — Oblig. Cleri.)

i) Missa sollemnis.

Vd.: *Missae* (duae etc.); *Anniversar. sol. vot. ex fund.*; *Titularis* (festum celebr.); decr. n. 2362); *Titularis Eccles.* (Quis ex duob. decr. 12. Aug. 1854).

Cum in rubrica Missalis tit. 6 de translatione Festorum dicatur, quod in Ecclesiis, ubi titulus est Ecclesiae diebus impeditis possint cantari duae Missae, una de die, altera de festo, quaeritur: Utrum, occurrente festo Annunciationis vel alio simili in Dominica Passionis in Ecclesiis Regularium et praesertim Monialium possit cantari tantum Missa de Titulari, omisso cantu Missae Dominicae? S. eadem R. C. ad relationem Emi et Rmi D. Card. Rubini censuit respondendum:

„Servetur Rubrica Missalis de translatione festorum. In Ecclesiis autem,

ubi quotidie non cantatur Missa posse, celebrari tantum Missam solemnem de Festo Titularis.“

Et ita declaravit. N. 3704 ad 3.

Die 23. Augusti 1704.

Super rubrica Missalis Romani de translatione festorum punct. 6., ubi sic legitur: *in ecclesiis autem, ubi titulus est Ecclesiae vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari duae Missae, una de die, alia de festo, aut saltem fieri commemor. de festo, si de eo non debet celebrari officium illa die.*

Quaeritur: Utrum possit omitteri Missa sollemnis de die et cantari Missa de festo titulari vel alio in iis Ecclesiis, in quibus non est obligatio cantandi Missam quotidie? Et eadem S. R. C. censuit respondendum:

Rescribendum in casu proposito pro gratia cantandi missam sol. vot. de festo occurrente tantum.

N. 3814. ad 1 die 17. Augusti 1709.

k) Mutatio.

Vd.: *Imago Titular. ponenda in altari etc.* (decr. n. 4793 nota ad finem.); *Titularis Ecclesiae* (suppressio, decr. n. 4735 nota). De Mutatione Titul. Vd.: pag. 444 n. 1; 446 §. *Juxta etc.*

Ecclesia Colleg. loci Gattenstadt dioecesis Varmiensis sub Titulo ss. Salvatoris et omnium SSrum dicata fuit, sed cum potior titulus nempe ss. Salvatoris illic nullam festivitatem haberit, Episcopus ordinavit, ut festum transfigurationis D., quod in Octavario rom. per Gavant. concinnato a S. R. C. die 19. Febr. 1622 approbato et Venetiis typis Ballerianis anno 1733 impresso Salvatoris appellatione venit, dignitatem tituli Ecclesiae habeat et off. de eadem transfigur. D. ritu dupl. I. cl. cum octava deinceps recitatur. S. C. dignabitur declarare: An haec ordinatio sit observanda?